

sum & imperii confortem creavit. Qui tamen sapienter Michaelen admonens vitiis, quibus Imperium dedecorabat, illius grave odium incurrit, ita ut remigi cuidam pollicitus sit Imperium, si Basilium interficeret. Cujus rei certior factus Basilium sepultum vino Michaelen e medio sustulit, solusque imperavit, p. 229. n. 19.

**Barnabas.**  
Barnabas & Paulus tum Antiochie, tum aliis locis permultos ad Christum convertunt, p. 2. n. 7.

**Basilienſe Concilium.**  
Basilienſe Concilium Generale a Martino V. Pontifice inductum ab Eugenio IV. legitime convocatum anno 1431. Et quidem ab initio absque controversia fuit legitimum. Sed postmodum auctoritatem sibi assumens contra Pontificem, eoque abdicato, novum creans perniciosa schismatis semina jactavit. Frustra vero Constantiensis Concilii exemplum & auctoritatem ostendebant Basilienſes; cum enim schismate trium Pontificum Ecclesia scinderetur, Concilii partes erant schismati mederi. At Basilienſes e contra schisma novum pepererunt adversus unicum & legitimum Papam Eugenium, obrudendo Amedeum in ejus locum, quando nec nomen Concilii sustinere poterant ad sex Episcopos & unum Cardinalem reducti, & a Papa in legitimo Florentino Concilio revocati & excommunicati essent. Amadeus vero sapienter consilio se Nicolao V. Eugenii successorii submisit, p. 362.

Basilienſium schisma plane condemnat S. Cypriani tractatus de unitate Ecclesie, *ibid.* n. 3.

Sess. Basilienſium 15. statutum fuit, ut Episcopi singulis annis Synodum convocent suorum Sacerdotum. Et ut Metropolitanus Synodum Provinciale Suffraganeorum suorum convocent unoquoque anno, p. 363. quæ eadem priora Concilia, & paulo ante Constantiensis decreverat, vide p. 358.

Item ut Ordines sacri & Ecclesiasticæ dignitates non nisi benemeritis, & per inquisitionem vite ac morum rite exploratis conferantur, p. 363. n. 6.

Item ut bona Ecclesiastica non nisi ad Ecclesiarum reparationem & inopum subventionem insistantur, *ibid.* n. 7.

Item de corrigendis per Episcopos subditorum vitiis, & simulatibus componendis odisque reconciliandis, *ibid.* n. 8.

Item de regularium reformationibus, *ibid.*

Sess. 19. Decretum de Concubinariis. Et aliud de his, qui ad finem converti volunt, *ibid.* n. 10.

Sess. 20. Decretum modificativum circa evitandos excommunicatos, *ibid.* & p. 364. n. 13. Vide p. 283. n. 6.

Item de interdictis non leviter ponendis, p. 366.

Item contra frivole appellantes, ne tales admittantur appellationes, *ibid.* n. 15.

Basilienſes haud pauca salubria statuerunt: quæ causa fuit Francis recipiendi pragmaticam Sanctionem ex ipsorum decretis contextam, tamen Concilium illud legitima careret auctoritate. Quædam tamen illorum decreta in rebus beneficiisibus Nicolaus V. Pontifex confirmavit, p. 366. n. 10.

**Basilides.**  
Basilides hæreticus Simonis Magi discipulus, p. 4. 5.  
Basilides alter & Marialis Hispani Episcopi iuste ob crimina depositi turbas & seditiones movent, pag. 43. n. 20.

**Basilus.**  
Basilus Magnus episc. 190. Pægorium Sacerdotem asperè increpat, qui sub eodem tecto manens suæ olim uxori commixtus fuerat, quam in Monasterium relegari jubet, illum vero à sacris suspendit, p. 73. num. 6.

Item Basilus indignationem Damasi Papæ incurrit, eo quod cum Apollinari Laodicensi Episcopo hæretico communicasset, vel nesciens ejus hæresim, vel ab ea respicuisse credens, p. 111.

Basilus ex libro contra Eunomium allegatus locus de processione Spiritus a Patre & Filio, quem Græci schismatici magno suo dedecore infeliciter conati sunt obliterare, pag. 323. num. 3.

**Basilus Macedo.**  
Basilus Macedo Concilium VIII. generale procurat apud Adrianum Papam II. cujus decreto Ignatius ab exilio & Monasterio, in quod fuerat à Barda & Photio detrusus, ad Patriarchalem dignitatem revocatur, Photiusque invalor depellitur. Cæterum defuncto vita Ignatio, Basilus deterrimo consilio de consensu Joannis Papæ VIII. indicto altero Concilio Photium iuste excommunicatum sine ulla morum mutatione ac penitentia revocavit ad Patriarchatum: cujus perverſis artibus inmensaque ambitione, ut suppreſſa Romana Sede, solus universæ dominaretur Ecclesie, Romani Pontifices proclamati sunt cum obtemperantibus eis populis excommunicati, eorumque devoluta potestate ad Constantinopolis Episcopum: quod sanctum Orientalium schisma hodieque perdurat, p. 221. n. 21.

Basilus idem altero abjectissimæ credulitatis exemplo grave sibi vituperium acceperat, dum perverſi hypocrite Theodori Santabarenti acta necessitudine Photio conjunctissimi calumniis delusus, extremum supplicium proprio filio præstantis virtutis & sapientie juveni Leoni intencavit: qui dolens patrem suum obtentu sanctimonie nequissimorum duorum hypocritarum illorum consiliis adductum, nec proprium distimulans sensum, ambos in suum concitavit exitium: adeo ut credulus pater filium Leonem in carcerem trusum decreverit excæcare: idque præstitisset, nisi Senatus amplissimus supplicibus lacrymis & oblationibus constanter obtulisset. Derentum tamen in vinculis diu habuit, donec eodem adnente Senatu, quem genialis convivio intra regiam exceperat, incidente fortasse mentione Leonis, omnis Senatus in lacrymas & gemitus effusus est, nemine cibos appositos attingente. Tunc enim se

pater exorabilem probationibus innocentie filii sui exhibuit, atque e vinculis eductum complexus est, p. 230. n. 22.

**Begardi, Beguina.**  
Begardorum & Beguinarum secta in Germania pullulans in Concilio Viennensi damnata. Illorum errores fuerunt hi: 1. Post se hominem in hac mortali vita eo perfectionis provehi, ut neque peccare, nec ulterius proficere queat. 2. In tali statu neque orare, neque jejunare debere, neque aliis corporis vel animi asperitatibus uti. 3. Nulla sive seculari sive Ecclesiastica lege attingi, utpote libertatem animi perfectam consequutum. 4. Ea in terris felicitate potiri, qua nulla in cælis major sit. 5. Omne virtutis exercitium debere procul a se abdicare. 6. Omnia debere libidinem exercere, quo natura inclinatur, ne divini Spiritus inspirationibus resistat. 7. Quando exponitur ut elevatur sacra Hostia, non debere adorare, neque Christi mysteria meditari, quia demitteret se ex apice perfectionis jam acquisito, in quo quiescendum est. Concilium Viennense dogmata ista execratum ferit ann. 1311. Clemente V. Pontifice, p. 338. & seqq.

**Belga hæretici.**  
Belgarum hæreticorum rebelliones & diutina bella, p. 331. n. 23.

**Benedictio.**  
Benedictio salis, aquæ & aliorum humanis usibus conducentium, Concil. Mogunt. ann. 1546. can. 39. Alexander Papa I. episc. 1. art. 5. & Anastasius in Alexandro.

**Beneficia Ecclesiastica, Beneficiarius.**  
Beneficiorum pluralitas prohibetur, pag. 254. num. 4. p. 292. c. 14. p. 301. & p. 302. n. 7. p. 304. n. 22. & p. 390. num. 75.

Beneficiorum a Præbendis distinctio tam in Monasteriis quam in secularibus Ecclesiis, pag. 234. can. 112.

Beneficia Ecclesiastica jure hereditario non relinquenda vel accipienda, p. 282. can. 5.

Beneficia ut sine divisione conferantur, 289. n. 2. & quibus conditionibus dividi possint, *ibid.*

Beneficia non nisi dignis & idoneis conferenda, pag. 304. 305. can. 30. & p. 363. n. 6.

Super Beneficiorum pluralitate interdum dispensat Sedes Apostolica circa sublimis personarum aut literatas, can. 29. de multa, de præben. ex Concil. Lateran. IV. p. 305. Sed Concilium Trident. nec in Cardinalibus id permittit sess. 24. cap. 27. de reform.

Si cui aliud Beneficium incompatibile habenti obveniat novum cum illo incompatibile, jure veteri ex Concilio III. Lateranensi, optio indulgebatur, quam mallet præbendam altera dimissa. Sed quarto Lateranensi Concilio vacat ipso jure prius beneficium, & si alterum simul retinere præsumpserit, utroque privatur, can. 29. qui incipit de multa, 304. Et collator tenetur anterius beneficium, ut vacans, alteri conferre sub poena contribuendi de proprio, quantum de fructibus anterioris expensum fuerit. Jus vero illius conferendi devolvitur ad immediatum superiorem intra sex menses. At in regno Francie confuetudo est, ut expectetur, donec compleatur annus pacifice possessionis, quo hito conceditur optio: Sed homines curiales, qui sibi jurisdictionem Ecclesiarum acceperunt, solliciti sunt, ut opibus Ecclesiarum famulas dicerent, minusque plerumque intenti Ecclesiarum cultui & sacre discipline. Ipsi videntur, quid Christus iudicabit, *ibid.*

Beneficia Ecclesiastica nulli tribuenda vel promittenda, priusquam vacent, p. 291. can. 8.

Beneficiorum ædificia servanda, & reparanda, p. 321. can. 18.

Ad Beneficium curatum assumendus idoneus moribus & scientia & ætate, ut scilicet 25. ætatis annum attingerit, p. 291. Vi. de Concilio Trid. sess. 24. de reform.

Beneficia, quæ in Curia Romana vacantur, eisdem collationi reservantur per mensem, quo elapso subjiciuntur de novo collationi Ordinariarum, p. 325. can. 21.

Beneficii cujuscumque commenda, nisi in evidentem Ecclesie necessitatem ac utilitatem facta fuerit, irrita est, p. 321. can. 31.

Beneficiorum, quæ quis possidet, mentionem facere tenetur, qui novum a Papa imperat. Secus coram Ordinario, p. 339. n. 6.

Secus etiam quando Papa motu proprio conſert, tunc enim præsumitur gratificandi animus, *ibid.* n. 10.

Beneficiorum stipendiis qualiter sit utendum, p. 6. can. 37. can. 40. & p. 93. n. 18. & 19. & p. 164. can. 51. & 59.

Beneficia regularia eisdem Ordinis regularibus conferenda, p. 403. can. 10.

Beneficium obtinentes qualescumque Clerici omnesque in sacris Ordinibus constituti habitum & tonsuram deferre compellendi sunt ab Ordinario per suspensionem ab Ordine vel Beneficio, & fructuum privationem, *ibid.* cap. 6.

Beneficiorum unio Episcopis permitienda, sine obtinentium tamen præjudicio, p. 404. n. 42.

Beneficiorum parochialium Rectores, qui per imperitiam muneris suo satisfacere non possunt, si alias honeste vitæ sint, Episcopus coadjutores assignare potest, sine ulla tamen successione spe cum parte fructuum attributa pro sufficiente victu, *ibid.* cap. 6.

Beneficii Parochialis adveniente vacatione, sive per obitum, sive per resignationem, sive quocumque alio modo Episcopi injungitur, ut per affixas in vicinia schedulas admonent de futuro examine per concursum ad providendum vacanti Ecclesie, & ut stant se, quicunque ad Beneficium vacans aspirant, & adhibitis ad minus tribus selectis & maxime idoneis iuratisque examinatores, qui juramento reneantur non quemlibet dignum, sed omnium dignissimum eligere. Caveantque occasione hujus examinis quidquam abſolvant namque Simonia a nullo quam a supremo Pontifice absolvi non

poterit, neque aliter quam omnia, quæ reus habet, beneficia dimittendo. Et inhabilis arque irregularis erit examinatur ille tota vita sua ad quæcumque recipienda beneficia. Debent autem in Synodo eligi & constitui tales examinatores, ex quibus tres, quandoqueque voluerit Episcopus, examinatores assumere, p. 411. 412. n. 77.

Ne beneficia olim curata convertantur in simplicia: & ut illis, quibus onus curæ commissum est, assignent Episcopi congruas portiones ad victum honestum, p. 414. n. 92.

Beneficiorum mansionariorum intra Ecclesiam debita obsequia, p. 441.

Beneficii collationem postulanti aut presentato Episcopus aliunde collator id recusans recusatorem causam scripto exprimat: & superior, ad quem recurritur, recusatorem causas, si vere canonice sint, exploret; alioqui si constet, collatio irrita erit, p. 440. & seqq.

Quicunque de aliquo beneficio per literas etiam Apostolicas provius erit, teneatur intra trimestre presentatum Episcopo exhibere. Si id omiserit, post trimestre a die inceptæ possessionis computandum ab Episcopo puniatur per censuras, fructuum suppressiones, aliave juris remedia, p. 440. n. 9. & p. 441. 442. n. 4.

**Berengarius.**  
Berengarius Ecclesie Andegavensis Archidiaconus sequutus errorem Joannis Scoti, dicitur Erikena, dogmatizat contra realem Christi in Eucharistia presentiam, non aliam admittens quam figurativam & metaphoricam. Multos verbis scriptisque seducit, & in his Brunone Andegavensis Ecclesie Episcopo; damnatur a Leone Papa IX. in Concilio Romano & Vercellensi. In diversis Galicanis damnatus sæpius resipuit & relapsus fuit. Tandem nonagenarius in professione fidei moritur. S. Fulbertus Carnotensis Episcopus propheticis spiritu morti proxima mala prævidit, quæ in Ecclesiam illaturus erat, videns illi astantem diabolum, mandante circumstantibus, ut illum e suo conspectu removerent, p. 269.

**Bernardus Rex.**  
Bernardus Italia Rex in patrum suum Ludovicum Pium cum cepisset rebelliam movere arma, mox hujus sui conatus, re adhuc integra, factus penitens, & supplex ad Ludovicum pedes veniam petens, illius iussu oculis orbatur, & paulo post ex vulnere dolore moritur. Cujus severitatis Ludovicus publicam ab Episcopis suscepit & præstitit penitentiam, p. 227. n. 6.

**Bernardus Abbas.**  
Bernardus Abbas Clarevalensis Petri Leonis schisma diligentissima sollicitudine extinxit, p. 276. n. 8.

**Bituricensis Concilium I.**  
Bituricensis Concilium sub Romano Pontifice Joanne XVIII. Henrico I. regnante anno 1031. celebratum, p. 266.

Can. 1. Alitruit Apostoli nomen Sancto Martiali deferendum, *ibid.*

Can. 2. Ne servetur Eucharistia plusquam hebdomada una, *ibid.*

Can. 3. Simonia vetatur in Ordinum collatione, *ibid.*

Can. 4. Ne quis constituatur Archidiaconus nisi Ordinatione sit jam Diaconus *ibid.*

Can. 6. Ut Subdiaconus a matrimonio arceatur, *ibid.*

Can. 7. De tonsura Clericali, *ibid.*

Can. 8. Ut filii Presbyterorum a Clericatu prohibeantur, *ibid.*

Can. 9. De servis non ordinandis, *ibid.*

Can. 11. De irregularitatibus Ordinandorum Episcopo sub poena excommunicationis notificandis, 267.

Can. 12. Nihil exigendum pro Baptismo, pro Penitentia, pro Sepultura, nisi sponte offeratur, *ibid.*

Can. 13. De cereis & aliis oblationibus, ut sint propria Presbyterorum, *ibid.*

**Bituricensis Concilium II.**  
Alterum Bituricensis Concilium anni 1584. p. 436. Avaricenses seu Bituricensis Archiepiscopus Primas extitit trium Provinciarum Aquitanicarum, quarum tres Metropoles censentur, Burdigala, Aque Auscenses, & Bituricum, qua Primatiali potestate usus est Bituricensis, approbante Innocentio Papa III. dum Burdigalensem Archiepiscopum ad Synodum indicendam accedere remittentem suspendit Pontificalibus, lib. 3. episc. 128.

Tit. 1. De adorando DEO in Spiritu & veritate, & quidnam hoc sit, *ibid.*

Tit. 6. Prohibentur profana sodalitia, consolationes, choreæ, larvæ, tympana & instrumenta musica in gestatione imaginum per compita, *ibid.*

Tit. 9. Ne mendicis pro elemosinis per Ecclesiam vagentur, sed ad portam expectent, *ibid.*

Tit. 10. Ne reliquia extra capsam educantur ac ostendantur. Idem statuerat Concil. Lateran. IV. can. 62. Vide *ibid.*

Tit. 16. Ut cometeria benedicantur. Ne bestis ullis ad ea pateat accessus. Ne fiant in illis nundine. Item si restator se alibi quam in sua Parochia sepeliri mandavit; Parochus e domo defuncti jus habeat corpus educendi, & in Ecclesia, in qua fiet sepultura, dimittendi, salvo quoque jure Parochi, quod est quarta funeraria, *ibid.*

Item in Ecclesiis, in quibus tot anniversaria constituta sunt, ne divina Officia interrumpantur, Episcopus anniversaria ad certum modum reducat, commemoratione habitæ eorum, qui legata & anniversaria reliquerunt, *ibid.* & p. 414. cap. IV.

Item ne intra Ecclesiam alius solo erigatur sepulchra, nisi forte Prælatorum, Regum & Principum, 436. 437.

Tit. 25. Clerici ex suo nomine agnoscant se pro sua sorte & hereditate DEUM elegisse, abjecto mundo & diaboli pompis, 436.

Item Clerici sacris initiati aut beneficiarii vestibus utantur Ecclesiasticis & talibus, & perspicua tonsura, *ibid.*

Item ut Sacerdos animum a mundo & mundi rebus abducatur, sicut Apostoli, quos de mundo non esse Christus ait, cum tamen de mundo eos elegisset, Joan. 15. *ibid.*

Item nullus peregrinus sine commendatitiis Episcopi sui literis ad divina celebranda admittatur, *ibid.*

Tit. de Canonice. Ut ubi non est sufficiens reditus, provideat Ecclesie Episcopus, sive per suppressionem, ubi major est Clericorum numerus, sive per unionem simplicium, non tamen regularium beneficiorum, 437.

Tit. de Parochis. Cæcus si cæco ducatur præset, ambo in foveam cadunt, Matth. 18. Idcirco illis animum cura committenda, qui sibi norunt imperare, & doctrina moribusque prælucent, *ibid.*

Item illis, qui suum munus exequi non possunt, substituat Episcopus idoneos vicarios, *ibid.*

Item si quidam Parochi domos non habeant, curent Episcopi, ut Parochianorum expensis ædificentur, *ibid.*

Tit. de Beneficiis. Ne curata beneficia in simplicia convertantur, *ibid.*

Item cum Scriptura damnet eos, qui hereditate possidere volunt Sanctuarium DEI, Psal. 82. Verat ne quis deinceps consanguineo beneficium cedat solius consanguinitatis ratione. Neve hujusmodi cessiones admittantur contra constitutionem Pii V. De non admittendis resignationibus & de simonia fiduciaria, *ibid.*

Tit. de Monasteriis. Religiosæ vitæ duplex genus, Anachoretarum & Cœnobarum: & ne Religiosi quidquam proprium possideant. Vota sua inviolate servant. Communibus impenſis vivant. Eadem mensa utantur, in qua sacra lætio fiat. Item ut regulares cuncti ad omnia festa diocesis adigantur observanda, *ibid.*

Item nemo habeatur pro regulari nisi a Superiore Monasterii receptus ad habitum & professionem, *ibid.*

Item ut divina Officia horis præstitis persolvantur, *ibid.*

Item ut Monachi extra monasteria degentes ad illa revocentur, & refractarii puniantur sive per Episcopum, sive per regularem Superiorem, *ibid.*

Item ubi Monachorum opera requiretur ad Monialium solatium, adhibeatur presentia duarum sororum, *ibid.*

Tit. de Confraternitatibus. Ut sola serventur sodalitia, quæ bonis operibus vacant. Eaque Episcopi arbitrio vel corrigantur, vel aboleantur. Nulla vero citra Episcopi licentiam introducantur, *ibid.*

**Boemundus.**  
Boemundo Roberti Guiscardi primogenito occupato in incepto a patre contra Græcos bello, regnum Apulie & Sicilie præcipitur a minore natu fratre Rogero. Idem Boemundus bello sacro intentus, post multa & insignia edita virtutum specimina, Antiochie & circumfusarum arcium dominatum consensu omnium sacre militie Procerum obtinuit, p. 263. num. 25.

**Bona Ecclesia.**  
Bona Ecclesie seu mobilia, seu immobilia, quomodo distrahantur prohibentur; & solemnitates, secundum quas possunt alienari, recensentur, p. 163. 164. 171. can. V. num. 4. p. 185. num. 4. & p. 186. can. 13. Concil. Trid. sess. 22. c. 11. de reform.

Bona aspirantium ad religionem non esse Monasterii contrahenda ante professionem, sed discedentibus restituenda, p. 413.

Bona defuncti Episcopi ab Ecclesie bonis discernenda, ne simul confundantur aut distrahantur utriusque jura, & innoſcant, quantum ad heredes Episcopi transitura vel in Ecclesia mansura sint, p. 93. n. 18. & p. 164. num. 21. & p. 173. num. 7.

**Bonifacius.**  
Bonifacius Papa VIII. ut se gestit erga Philippum Pulchrum Francie Regem, quorum ex dissidio gravia exorta scandala, p. 331. num. 3.

**Breves Regiones.**  
Borealiu regionum ex Paganismo ad Christum converso post Apostolicos viros Sunibertum & Villebrodam, p. 197. nu. 12.

**Boso.**  
Boso a Concilio Mantalensi & Proceribus, qui sub ejus præfectura debebant, Rex eligitur novi regni Arelatenſis, quod Lugdunenſem tractum, Allobroges, Viennam, Burgundiam Sequanorum, & Gallo provinciam complectebatur. p. 250. 251.

**Bovina.**  
Ad Bovinas prælium atrox inter Imperatorem Orthonem IV. de Stirpe Saxonica, & Philippum Augustum Francorum Regem. Ambo in conferta pugna equis detecti sunt, & in recentibus equos sublevati, Orthonis captus post horrendam suorum stragem in fugam effusa, opulentissimas manubias, arma & equos & captivos Francis reliquerunt. Inter quos fuit belli hujus fax & incensor Ferdinandus Flandresium Comes, Luterianus Parlorum abductus. Eadem die altero illustri apud Andegavos prælio Francos inter & Anglos decertatum est: his quidem sub Joannis Anglie Regis ductu pugnantibus; illis Ludovico Philippi Augusti nato, qui postmodum hoc nomine Octavus paternum successit in regnum. In gratiarum de utraque victoria actionem, ades Deiparæ Virginis ad Sylvanctum dedicata sub nomine Victoriae fuit. p. 294. n. 1. & 2.

**Bracarenſe Concilium I.**  
Bracara Metropolis in Lusitania inter Durium & Minium fluvios. Primo Bracarenſi Concilio Pancratianus Metropolitae, ejus.